S. Augustinus: Accipio quod offerimus, redona, quod rogamus, excusa quod timeamus; quia tu es spes unica peccatorum. Per te speramus peccatorum veniam, in te nostrorum est expectatio premiorum. H. Ser. 28. fol. 276. & seq.

61. Defendit suos defensores.

Miles ex torneamento monoculus intrans Ecclesiam ad Antiphonam, Salve Regina devote genuflexerat, id videns Judæus illi cum risu insultabat, quod ancillam suæ gentis veneraretur. Miles inpegit illi alapam, & Judæus clamosa voce convocavit populum ad vindictam. Miles reversus ad Ecclesiam invocavit opem B. Virginis, & illa assistens amissum illi oculum restituit. Captus miles & extrahens ex Ecclesia traditus est Judæo, qui illum non agnovit, eo quod duos haberet oculos. Viso igitur miraculo populus laudavit Dei Genitricem, & in eius memoriam statuit, ut eodem die singulis annis Judæorum aliquis ibi alapa percuteretur. E. Maria 95.

Cæsaribus ait: Ipsa est tribulorum consolatrix, & fida sibi famularum defensatrix. H. Ser. 28. fol. 277.

S. Nicolaus Episcopus in Concilio Nicæno Arium hæreticum alapa percutit & propterea a Patribus pallio ac mitra Episcopali fuit privatus. Sed B. V. cum Angelis apprensus, pallium illi & mitram restituit. H. Ser. 28. fol. 281.

Beatissima assistit & opem fert Belliducibus sibi devotis, uti Narseti, Heraclio Imperatori, Pelagio primo Regi Hispaniarum, Alphonso VIII. Castellæ Regi, Christianis in terra sancta præstantibus, & aliis. C. Prov. 8. v. 18.

62. Est refugium nostrum in omnibus afflictionibus.

S. Bernardus ait: In periculis, in angustiis, in rebus dubiis Mariam cogita, Mariam invoca: Non recedat ab ore, non recedat a corde, & ut impetres ejus orationis iustitiam, non deseras conversationis exemplum.

Cum Beatissima Virgo non fuit cum filio, cum quo passa est sub cruce, in celos assumpta? Cur quindecim adhuc annis in mundo relicta? Respondet S. Anselmus, ut Apostolos instrueret, Fideles in persecutionibus confortaret, omnibus effectivum exemplo. H. Ser. 1. fol. 5.

S. Ignatius Martyr vocat Mariam Miseris, & afflictis consiliam, quia nihil magis illi proprium, quam afflictis succurrere. S. Ambrosius: Glorificata in celis nunquam terrigenis patrocinari desistit. S. Bernardus: Nec facultas ei desisse poterit, nec voluntas: Regina celorum est, misericors est, denique Mater est Unigeniti Filii Dei. H. Ser. 13. fol. 123.

Ut quis patrocinium alicuius suscipiat, tria requiruntur, scientia, potestas, & voluntas: Omnia hæc habet Maria. H. Ser. 13. fol. 123.

Vespasianus Cæsar monitus de nimia liberalitate, reposuit: Non oportet aliquem a Cæsaris colloquio tristim recedere. Postiori iure id dicendum de Maria. H. Ser. 13. f. 125. B. V. post Christum relicta est in terris, quia sub cruce constituta est Mater omnium soluta: ipsa lapsos collegit, afflictos solata est, dubiis & anxius consuluit, Petrum ex lapsu pusillaniam non in spem erexit, omnes ex morte Christi turbatos confirmavit. Facta est Ecclesiæ petra & columna, hinc salutarum Consolatricis assistentium, Auxilium Christianorum, Refugium peccatorum. C. in Joann. 19. v. 25.

Cæsaria lib. 2. tit. 1.

Baron. in Mart. 4. 2 Dec.

S. Bern. de dom. 2. super ill. 1. de eccl. 17.

S. Ansel. 1. de eccl. 17.

S. Ignat. Ep. ad S. Joan. Ev.

S. Ambros. de Nat.

S. Bern. de S. Bern. de Alump.

Sacros. in vit.

63. Succurrit universæ Ecclesie, eamque protegit.

Ench. 17. lib. 1. tit. 1. de eccl. 17.

Cum Pauli Samofatheni hæresis, Arianae impietatis affinis, longe lateque pullaret, B. V. cum S. Joanne Evangelista apparuit S. Gregorio Taumaturgo, eique veritatis de Divinitate Filii sui instructionem, ac professorem fidei formulam dedit, qua S. Gregorius innumerales in fide confortavit.

Cum Julianus Apostata Christianam Religionem penitus excindere voluit, Beatissima Virgo S. Bassilio Cæsarea in Cappadocia in Ecclesia Dei Matris apparuit. Ibi S. Martyri Mercurio, cujus corpus in ea Ecclesia una cum armis asservabatur, arma seu lanceam tradidit, ad perimendum Julianum in castris contra Persas agentem. Tandem post contemptum est, eadem hora Julianum ab ignoto equite interfecit esse, arma autem, seu lanceam in tumba S. Mercurii inventa est sanguine tincta. H. Ser. 9. fol. 83.

Episcopi Orientales & Occidentales diffidebant ob ejectionem in exilium Chrysostrum, aliis excommunicantibus. B. V. apparuit S. Cyrillo Alexandrino, qui erat Chrysostrum infensissimus, cumque graviter reprehensum monuit, ut innocentem Chrysostrum defendere. Peccit Cyrillus quod iussus est, & ejus auctoritate Chrysostrum restitutus est. H. Ser. 9. fol. 84.

Tempore Leonis Armeni Iconoclasta vidit ejus Mater in somno, ac si B. V. in æde sua Constantinopoli præcipere, ut ei propinquaret de Vase cruoris Ecclesie pavimentum cooperirent, quod cum illa averfaretur, dixit Regina Virgo: Atqui filius tuus non cessat persequi illos, qui me colunt, & sanguinem eorum perfundere, ideoque iram meam sentiet: Ecce! paucos post dies Leo in sanguine suo exstinctus est. H. Ser. 9. fol. 85. & 240. seq.

Cum Fredericus II. Imperator, & Saladinus Rex Syria Ecclesiam persequerentur, vidit S. Dominicus Dei Matrem apud Filium intercedentem, & paulo post rediit innoxiosa pax, & abhæretici extirpantur sunt, Mahometani ex Hispania depulsi, & multæ regiones in Septentrione ad fidem Catholicam reversæ sunt. H. Ser. 9. fol. 85.

Tempore Henrici IV. Imp. ubi terribilia signa in omnibus elementis Dei iram significabant, Cremonæ infans recens natus, mirabiliter locutus dixit, Dei Matrem

pro humano genere apud Deum in throno sedentem intercessisse. Et paulo post diffidit inter Pontificem & Imp. composita sunt. H. Ser. 9. fol. 86. & 240.

S. Jacobus Apostolus, dum Casaragusta exiguum converteram animum lucrum deploraret, Beatissimam Virginem, adhuc ante suam assumptionem, sibi apparentem habuit, quæ illum consolabatur, promittens quod post ejus mortem tota Hispania in Christum creditura sit. H. Ser. 11. fol. 105.

Beatissima Virgo victoriam ac triumphos Ducibus ac Regibus sibi devotis largita est: Narseti Justiniani Imp. Duci illustres contra Gothos victorias concessit. Heraclius Imp. desperatis quasi Imperii rebus, spem suam post Deum in B. V. posuit, & ejus ope Cosrohen Regem Persarum prostravit. Pelagius I. Hispan. Rex Saracenos invocata B. V. ope profugavit. Bassilus Imp. Saracenos Christo, & Desparæ insultantes ejus auspiciis ad internecionem cecidit. Christiani terram sanctam ope Virginis recuperantur. Alfonso VIII. Castellæ Rex immensam Maurorum multitudinem Virginis auxilio prostravit. Pius V. Pont. Max. anno 1577. navalem Victoriam, contra Turcas reportavit &c. C. Prov. 8. v. 18.

Tanta est Misericordia & pietas Mariæ erga Ecclesiam, ut omnes Ecclesie status curæ habeat, & tueatur; hinc in illa verba, in Jacob inhabitata, in Israel hereditare, & in electis meis mitte radices, ait Richardus: Per Jacob intelliguntur conjugati, per Israel Vidue, per electos Virgines: Omnes defendit Maria. M. conc. 11. §. 3. n. 7.

Maria comparatur soli, qui omnes illuminat. M. conc. 11. §. 3. n. 10. Et conc. 23. §. 3. Gebhardo Episcopo Constantiensis B. V. pastorem virgam porrigit, eique præcipit, ut gregem suum sollicitè pascat. Bagatta. L. 1. c. 1. §. 6. n. 12.

64. Potens contra diabolum.

Miles ditissimus ex prodigalitate depauperatus, cum statui suo conformiter vivere non amplius posset, ex verecundia recessit. Obviavit illi eques terribilis promittens, quod si sibi servire vellet, ipsam miris divitiis augere vellet, hac sola conditione, ut suam sibi uxorem huc afferret. Consensit in omnibus miles, & invenit in loco ad emone assignato grandem thesaurum. Postea aliquando præcepti uxori, ut consensio equo secum veniret: paravit.

ruit illa, secuta est viram, in via autem eum: ejus licentia descendens intravit ad oculum B. V. cui se commendavit. Mox autem rediens, equo confesso venit cum viro locum silvæ destinatum. Adfuit dæmon sed fremens & fremdens, ac militi exprobrans, quod ipsum deceptor. Petii enim ut uxorem tuam afferres, quam iugulare volui propter injurias multoties mihi illatas, & tu nanc assers Dei Genitricem. Hæc dicens cum magno ejulatu recessit. Sciendum autem est, quod B. V. ab uxore pie invocata illius formam induerit, dein militi suam impietatem exprobrans præcepit, ut diaboli divitias abiceret. E. Maria 31.

Inter alias similitudines comparatur B. V. cedro, cujus qualitas & virtus ea est, quod serpentes, & venenosa animalia in fugam agat. Eundem in morem B. V. defendit suos elientes, ut serpentem infernale repellat. S. Bernardus exclamat: si insurgant venti tentationum, voca Mariam! & Hugo Cardinalis: Ad ejus memoriam dæmones contremiscunt. Calam. Mar. Disc. 5. fol. 78.

Maria vocatur lux mundi; sicut enim lux infidias pandit, latebras illustrat: ita Maria infidias diaboli patefacit, ait Bernardus de Bullis. M. conc. 32. aff. 1. n. 15. Induunt arma lucis, quæ sunt exempla B. V. illa sequendo tutus eris ab omnibus inferni prædonibus. M. conc. 32. aff. 1. n. 16.

Joannes Guarinus a dæmone personato eremico la decipitur, induiturque, ut filiam comitiss, quam a malo spiritu liberatam turpiter inhonoravit, occideret. Postea ad B. V. confugiens septennio penitentiam agit, veniam signo mirabili impetrat, & etiam occisa filia ad vitam ope Virginis revocatur. R. 1. part. mir. 50.

Quidam frater Religiosus Beatam Virginem pulcherrimam, dæmone deformissimam specie pingi curat. Dæmon eam injuriis vindicaturus, personatus pergaudet fratri, ut peregrinatum iret, & aliquid argenti eæ sacra suppellectile Monasterii pro viatico secum acciperet. Id dum facit frater a dæmone apud Abbatem accusatur, incarceration. Verum B. V. cogit dæmonem ut igne loco fratris vincula subire deberit. Miranti Abbati frater totam ret feriens, & B. V. patrocinium

S. Petri emirat. R. 1. cent. 2. part. mir. 14.
Dante, orat. 2. in stat.
Petrus, rebellibus Angelis formidabilis, & a S. D.
S. Bonaventura, Renedatum ad versus dæmones, & in spe.
Petrus, 11. S. Bonaventura ait: Maria est Virgo Vir-

ritis contra inimicos infernales, quibus magna virtute dominatur. Habet enim continuo penes se exercitum Angelorum, quos invocantibus se in auxilium submittit &c. Calamar. Mar. Disc. 5. fol. 77. & seq.

Quidam pictor Beatissimam Virginem pulcherrime, dæmonem deformissimè pingens, a dæmone ex alto præcipitatus, sed ab icone picta B. V. extensa manu conservatus fuit.

Planta mulieris tantam vim habet, ut tangens serpentem momento illum enectet. Sic Maria conterit caput diaboli. VV. art. disc. font. 41. ex. 1.

65. Est nobis quodammodo necessarium.

S. Bernardus Senens. ait: Maria plus potest de Deo, quam Deus de seipso: Quomodo hoc? Maria speculum vocatur: sicut speculum versus solem, & accendit supra, quam sol de seipso non accenditur; quia radios colligit &c. M. conc. 32. aff. 2. n. 12.

Potest a Maria impetrari gratia, quæ a Deo non erat impetranda: S. Philippus Nerius pro valetudine Cæsaris Baronii amici sui tunc periculose agrotantis contra Crucifixum orabat, sed responsum tulit: minus favens: adite Mariam, & voti compos factus est. Leopold. Mancinus, Deus misericors Demonst. 10. coroll. 6. fol. 361.

A mundi exordio dixit Deus, non est bonum homini esse solum; faciamus illi adjutorium simile: Ex tamen Eva fuit postea noxia Adamo. Sic ergo Christo Domino additum est adjutorium, Maria, quæ errorem Evæ emendaret. S. Bernardus ait: Sufficere quidem nobis poterat Christus; siquidem & nunc omnis sufficiens nostra est Deo est: sed nobis bonum non erat esse hominem solum; congruum magis ut adesse nosre reparationi sexus uterque. H. Ser. 28. fol. 276. &c.

Sicut S. Ignatius Martyr exclamat: Impossibile est aliquem salvari peccatorem nisi per Mariam; ita impossibile est aliquam aut corpore aut anima tenus a Deo impetrari gratiam, nisi per Mariam; per illam enim impetrat iustus gratiam, peccator veniam, sanctus gloriam, & Deus decrevit, quod nullum velit homini conferre beneficium, nisi per Mariam. S. punct. 131. fol. 414.

66. Maria est mera misericordia sine severitate.

Deborah ruerunt populum Israel erexit, tanquam provida gubernatrix; sedi cur

Pinnaculo Belluar. 17. 11. 104.

Reppr. 1. 7. de Trin. 104.

Bernardus de Bullis in serm. 3. p. 5. de serm. 29. in Cant.

S. Bernardus in serm. 28. fol. 276. &c.

S. Bernardus in serm. 2. de Reg. 1. na.

ent Mater Israel vocatur, quæ Judæa erat? Respondeo; quia promptior erat ad amandum ut Mater, quam ad puniendum ut Judæa: O Maria vere Deborra es &c. S. Bernardus: Quid ad Mariam accedere trepidat humana fragilitas: nihil austerum in ea, nihil terribile. Revolve B. vangelicæ historię seriem universam, & siquid forte increpatorium, siquid durum denique signum vel tenuis indignationis occurret in Maria, de cætero suspectam habes, & accedete vereatis. S. punct. 32. fol. 740.

S. Bernardus: Omnibus misericordie sinum aperit, ut de plenitudine ejus accipiant universi, captivus Redemptionem, æger curationem, tristis consolationem, peccator veniam, iustus gratiam &c. S. lb. & M. conc. 25. aff. 3. num. 4.

Præ omnibus titulis Maria æstimat titulum: Mater Misericordie; si appelles Imperatricem orbis imperatrix aliquid rigidum habet: si reginam, contraveniens Beatæ, quæ se vocat ancillam &c. præ omnibus ergo amat vocari Mater misericordie, ait Bernardus de Bullis & M. conc. 18. in Exord. & conc. 25. aff. 3. n. 4.

S. Bernardus: O Homo securus habes accessum ad Deum, ubi habes Matrem ante Filium, Filium ante Patrem: Filius ostendit Patri vulnera, Mater ostendit Filio peccata, & ubera: nulla ergo poterit esse repulsa, ubi tot sunt caritatis insignia.

Qui pomum dimidio die manu tenet, reliqua die odorem pomi manu retinebit: ita, quia B. V. misericordiam & pietatem Dei novem mensibus in utero conclusit, misericordiam semper retinet. H. Ser. 9. fol. 80.

S. Bernardus: Certe Domina cum te aspicio, nil nisi misericordiam cerno; nam pro super sal. i. miseris Mater Dei facta es... tibi miserendi officium est commissum. H. Ser. 30. fol. 304.

67. Per Mariam omnia possumus impetrare.

Filii Zebedæi non ausi primas sedes per se petere, per Matrem petierunt: rationem dat Abulenſis: quia facilius conceder Christus Matri, quam filiis, quia forte illa aliquando adjuverat Dominam nostram ad nutriendum Christum. Si igitur erga Matris adjutricem Dominus liberalis esse voluit, quid erit erga Matrem? hinc non denegavit petendum, se impossibilem allegavit: Non est in vobis dare vobis. S. punct. 23. fol. 743.

Bernardus de Bullis in serm. 3. p. 5. de serm. 29. in Cant.

S. Bernardus in serm. 2. de Reg. 1. na.

Cum Maria in cælis Filio supplicat, omnes Sancti cum eæ proceus conjungunt: ita insinuat videtur S. Anselmus: Te Domina tacente nullus orabit, nullus adjuvabit: te autem orante omnes orabunt, & omnes adjuvabunt. Calamar. Mar. Disc. 5. fol. 72.

Ruperto Tuitiensi primitus rudis, ita ut literas inepto ingenium docti didi, & ut inter Theologos fluæ temporis cinnuerit. E. Maria n. 55.

Salomon Matrem Petribus in thronum assumpsit, dixitque: Pete a me Ma. 3. Reg. 2. ret mea, neque enim fas est, ut avertam faciem tuam. H. Ser. 12. initio.

Cæsarius ait: Per ipsam peccatores illuminantur, desperati ad confessionem reparantur, Apostate a Deo per ipsam mirabiliter reconciliantur. S. Morbo sanat, dæmones fugat, vincula solvit, timores pellit, tentationes compescit. Per ipsam pullulantes consolantur, torpentes excitantur, cæci misericorditer revocantur. H. Ser. 28. fol. 277.

68. Sollicita est pro nostris necessitatibus.

Beatissima Virgo S. Arnulpho, & Virgini Musæ diem obitus annuntiat. S. Alphonso Archiepiscopo Tolerano candidissime casulam asserit, jubetque ut in ea sacrificaret. S. Heriberto locum designat, ubi vellet sibi Ecclesiam edificari. Joanni Patrio Romano, & Conjugi præcipit, ut facultates suas, ad edificationem suæ Ecclesie, quæ hodie dicitur, Marie Majoris, impenderent. H. Ser. 11. fol. 106.

S. Germanus Patriarcha Constantinop. ait: Quis post Filium suum ita generis humani curam gerit sicut tu? Quis ita nos defendit in nostris afflictionibus? Quis in supplicationibus adeo pagat pro peccatoribus? Quis nos ab iracundibus liberat tentationibus? sic loquitur S. Anselmus, S. Hieronymus, Fulgentius Episcopus Ruspensis, & ipsa Ecclesia:

Idcirco eam de presentis sæculo transmissi, ut pro peccatis nostris apud eam Clementiam suppliciter intercedat. H. Ser. 12. fol. 112. seq.

Propter Arcam Domus Obededon repleta est benedictionibus: Maria domus Zacharie admiranda beneficia contulit. H. Ser. 22. fol. 218.

69. Mundum conservat ab interitu.

Sub quo curvantur, qui portant orbem, hoc hi interdum curvantur, fatigantur, quis

Cæsarius 1. 7. M. conc. 1. 2.

S. Germanus in serm. de

quis vices gerit? Maria: Amore enim Beata Virginis totus mundus sustentatur. M. conc. 11. aff. 3. n. 4.

Omnia creatura Mariæ obstricta est; postquam enim protoparentes in paradiso peccarunt, certe Deus illos non misit; quam rebelles Angelos æternum puniisset; aut iterum in nihilum redeisset: sed intuitu nascituræ Virginis peperit: ita S. Bernardinus Senensis: Mundum ab interitu præservavit, quia hæc puella in lumbis erat Adæ secundum seminale rationem. Calamat. Mar. Disc. 5. fol. 74.

Cæsaribus de B. Virgine ait, Ipsa est orbis conservatrix, & tribulatum consolatrix. H. Serm. 26. fol. 277.

Tanta est affectio Mariæ erga genus humanum, ut illa Augusto Cæsari cum infante apparuerit in Capitolio, cique Dominicum Nativitatem revelaret. Augustus jam antea ex oraculo Apollinis sciens, nasciturum puerum Hebræum, qui idolorum oculis silentium esse indiciturus, eidem in Capitolio Aram crexit, cum titulo: Ara primogeniti Dei! Ibi dein Constantinus Magnus adificavit templum, dictum: Ara cæli, in memoriam hujus visionis. C. Luc. 2. v. 1.

70. Scit, & observat nostras miserias, ut iuvet.

Comparatur capræ, hinnuloque, quia sunt acutissimi visus. M. conc. 18. aff. 1. n. 3.

Beatus, qui intelligit super egenum & pauperem, ubi S. Bonaventura: Beata Maria est, quæ intelligit super egenum & pauperem, quia occultissimas nostras miserias respicit. M. Ibid. n. 6. Item conc. 39. aff. 3. a. n. 3. seq.

Omnes Sancti in cælis, & præprimis B. V. videt Deum, & in Deo tanquam in speculo omnia: hinc S. Gregorius: Illic omnes communi claritate conspiciunt Deum. Quid est, quod ibi nesciant, ubi scientiam omnia conspiciunt Deum? Si B. V. nesciret nostras necessitates, unde tot miracula per illam omnibus faculis impetrata? P. Henr. Scherer Act. Mar. fol. 2.

S. Germanus Patriarcha Constantinop. ait: Quis post Filium tuum ita generis humani curam gerit sicut tu? quis ita nos defendit in nostris afflictionibus? quis ita pugnat pro peccatoribus sicut tu? Si Christus nos fratres suos vocavit, certe Patrem suum & Patrem nostrum esse voluit: & consequenter & Matrem suam Mariam, Matrem nostram esse desideravit. Si Ma-

S. Bern. Serm. 71. Serm. 61. Serm. 8.

Cæsaribus de B. Virgine. Tit. 1.

S. Greg. 14. Dial. c. 39.

S. Germ. de Sancta Ecclia.

factum in ramos, & frondes: sic Virgo plenitudinem suam Divinæ gratiæ in fideles cientes dispersit. H. Ser. 28. f. 278.

S. German. Patriarcha Constantinopol. Nullus est, qui salvus fiat, nisi per te, O Sanctissima. Et iterum S. Bernardus Merito in te, o Maria, respiciunt oculi totius creaturæ; quia in te, & per te benigna manus omnipotentis, quicquid creaverat, recreavit. H. Ser. 25. f. 230.

Maria est Aquædulus, per quem ex meritis Christi omnes gratiæ nobis affluunt. H. Ser. 27. f. 260.

B. V. de seipsa deprædicat: Beatam me dicent omnes generationes. Quare, & quomodo omnes generationes? 1. Quia B. V. in toto mundo erga omnes gentes beneficam se exhibuit; in Europa, in Asia, in Africa, in America inveniuntur prodigiöse B. V. imagines, in quibus sergentia suos cultores beneficam exhibuit. 2. Omnes generationes; quia omnes hominum status, Ecclesiasticus, Regularis, & secularis confidentiam habent erga B. V. in suis necessitatibus. 3. Omnes generationes; quia ab ipsa mundi Genesi Deus per omnia temporum secula homini benedixit propter Mariam.

Cur Noe a diluvio, Abraham ab incendio Chaldaeorum, Isaac a gladio Jacob a persecutione fratris, Moyses ab insidiis Pharaonis, David a vigigantis fuerunt preservati? quia fuerunt progenitores Mariæ. Omnes liberationes & indulgentias factas in Veteri Testamento non amigbiga Deum scisse propter hujus benedictæ Mariæ.

S. Bernardus: Totius boni plenitudinem possit in Maria, ut proinde, si quid speim nobis sit, ab ea novimus redundare: tollere hoc solare, quod illuminat mundum, ubi dies? tollere Mariam, quid nisi caligo invenit?

Totus ergo medullis cordium Mariam veneremur, quia est voluntas ejus, qui totum nos habere voluit per Mariam.

Et alibi iterum: Nihil nisi Deus habere voluit, quod per Mariæ manus non transiret hoc solare. H. Ser. 23. f. 238. seq.

Piissimus Idiota vocat Mariam thesaurum Domini & thesaurarium gratiarum Dei. H. Ser. 24. f. 229.

Alii Sancti particulariter pro hoc aut illo rogant, Mariæ cura est de omnibus. Ibid.

31. Sicut navis insistoris de longe portans panem suum. Hinc Navi similis est Beatissima Virgo, nam 1. in domum, id est, D. C. quæ spicit, universi, P. 1. L.

S. Germ. Serm. de Tom. D. P. S. Bern. Serm. 2. in die Pentec.

S. Bern. Serm. 1. in die Pentec.

S. Bern. Serm. 1. in die Pentec.

S. Bern. Serm. 2. de P. S. Bern. Serm. 2. de P. S. Bern. Serm. 2. de P.

31.

in Ecclesiam innoxivæ panem vivificant, id est, Christum, dum eum in Bethlehem peperit. 2. Sicut navis plena fuit mercibus cælestibus, omni virtute, & gratia. 3. Sicut navis etiam dormiens mente vigilabat, intenta orationi & amori Divino. 4. Sicut navis, ita B. V. Ecclesie de celo in omnibus prospicit, & apud Filium gratias impetrat: S. Athanasium animavit ut Ecclesiam defenderet contra Arianos, S. Cyrillum contra Nestorianos, S. August. contra Pelagianos &c. &c. C. Prov. 31. v. 14.

73. Æternam salutem nobis procurat.

Beatissima merito vocatur ab Ecclesia: Porta cæli: per hanc enim debemus salvari: plurimi Sancti in celo sunt per illam, qui alias non essent: Multi Sancti sunt in cælis increcensione eius, qui nunquam ibi fuissent, nisi per eam, ait Cardinalis Hugo. Calamat. Mar. Disc. 5. f. 72.

S. Bernardus ait: Filioles, hæc Dei, & Salvatoris nostri Mater, peccatorum scala, hæc mea maxima fiducia est, hæc tota ratio spei meæ. H. Ser. 23. f. 229.

Ut explicetur, quam efficaciter ad salutem nostram cooperetur, comparatur cum variis mulieribus Veteris Testamenti: cum Muliere, quæ Abimelech caput confregit: cum Abigail, quæ iratum Davidem placavit: cum Bethsabee, cui filius Salompp denegare nihil potuit: cum Regina Saba quæ in urbe Hierusalem immensas divitias attulit, & plures recepit: cum Thecutide, quæ Absalonem reconciliavit cum Patre: cum Vidua Elisæ oleo abundante, &c. H. Ser. 23. f. 226.

Certum est, quod Dei Filius, Paterac Redemptor noster, per suam passionem ac mortem nihil aliud intenderit, quam ut nos salvaret: Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cælis. In cruce autem moriens Amantissimam Matrem suam voluit crucifigantem, Matrem nostrum constituit: Ergo illa tam ardentem salutem nostram amat, & quaerit, sicut Filius: quia Matres non minus amant proles quam Patres, &c.

PATROCINIO B. V. ERGA PECCATORES.

74. Conatur, ut omnes peccatores convertantur.

Lamat parturientis, ut pariat: Quid clamat: nempe clamando magnum desiderium

K

Monialis, nomine Beatrix, ferventissime serviebat Divinæ Matri, dein cum facta esset custos, & mæta esset occasionem liberius agendi, ab impuro infidiatore pessime seducta, reposita claves in altari, dicens: Domina resigno tibi claves, quia tentationes carnis sustinere non amplius possum. Sic abiit cum seductore, & cum ab hoc paulo post esset rejecta, per quindecim annos meretricium egit, vivens de questu corporis. Aliquando in habitu seculari ad Monasterium suum veniens quaesivit ex portario, an nosset Moniale Beatrix? Novi, sicut ille, est proba & sancta. Id cum non intelligeret illa, & abire vellet, apparuit illi B. V. inquit: Ego per quindecim annos tua absentia vices tuas supplevi, revertere nunc & penitentiam age, quia nemo hominum nocivæ excessum tuum; in forma quippe & habitu illius Dei Genitricis vices egerat illius. E. Maria n. 19.

Scleratissimus homo id unum boni habuit, ut festivas solemnitatibus Beatissimæ Virgini suam salutem commendaret. In agone igitur pugillanosis ac fere desperans, subito vidit Beatissimam accedere ad Filium pro tribunali sedentem, ac petere unicam guttulam Divini sui sanguinis. Concessit Filius ex corde suo, quod petit Mater: & ecce! illa hanc guttulam in lancesm siccitatis iniecit, qua momento peccatis omnibus præponderavit. Æger ad valetudinem rediit, & vere penitentiam egit. H. Ser. 26. f. 138.

Latro propter jejunium Sabbatum etiam decapitatus non mortuus, donec confessionem fecerit. Idem legitur de milite in Hungaria in bello occiso, cuius putrefactum cadaver identidem Confessorium articulata voce petiit. H. Ser. 29. f. 293. seq. Leo Imp. adhuc vitam privatam agens æcum aberrantem in viam reducit, ac sicut illum aqua restinguit; ideo ex voce & promisso B. V. coronam Imperii Orientalis consequitur. H. 2. f. 112. seq.

80. *Recipit peccatores, quos filius rejicit.* *San-*
Mægyptia gravissima peccatrix voluit intrare templum Salvatoris, verum rursus indigna per arcanam vim fuit repulsa: iterum tentataditum, iterum recidit: terrore obruitur misera, dein ad Mariam confugit, cuius imaginem supra valvas Ecclesiæ confixerat, in genua prostravit, orat, lacrymatur, emendationem supplicat, & ecce! surgens absque ulti-

riori impedimento intrat Ecclesiam, facta postliminio penitentia, & sanctitatis exemplar. Calamat. Mar. Disc. 5. f. 75. H. 2. f. 6. c. 2.

Theophilus quidam ab Episcopo sua dignitate privatus demonis opem pro recuperando suo munere invocavit, animamque illi oppignerat. Tum facti penitentem confugit ad Mariam, a qua graviter oburgatus, bono animo esse iussus est. Theophilus serio plangit & penitentiam agit de peccatis, & ecce! Maria illi adest, syngrapham, quam demoni tradidit, ei restituit, & felicem illi mortem præannuntiat, quam tertio post die piissime obiit. Calamat. Mar. Disc. 5. f. 76. E. Maria n. 6. H. 2. f. 5.

Monachus Cisterciensis in grave peccatum prolapsus ad gloriosam Dei Matrem confugit, & quanyis a Christo avertente vultum veniam impetrare non poterit, tamen a Dei Matre, que filium ab uno brachio ad alterum transportat, veniam gratiamque invenit. E. Maria n. 12.

Juvenis in lapidibus bonis suis ad paupertatem redactus diabolo pro divitiis fudente Villicio se mancipavit: iustus a demone etiam Mariam negare, constantem id facere recusavit. Redux et silva intrat Ecclesiam penes viam, & misericordiam Matrem pro venia impetranda invocavit, avertit quidem Filius faciem a Matre, sed tandem reconciliatus est. Et ille Nobilis, qui juvenis bona divendita pretio emit, illum in socerum elegit, bonis omnibus in dotem restituit. E. Maria n. 15.

Virgines portam pulsantes repulsam tulerunt, cor: quia tantum invocant Sponsam: certe admittenda fuissent, si etiam invocassent Sponsam. B. Ser. 71. n. 9. & Ser. 77. n. 27.

Devotissimus Idiotæ vocat Beatam Virginem, semper desperatorum, & merito ait Anselmus, quia quos non potest salvare Divina Justitia, salvat Virginitas misericordia. S. punct. 32. f. 414.

Qui Deum accedere vellentur, Mariam accedant, ait S. Bernard. S. punct. 3. f. 174. *S. Bern. Ma*
1. 2. p. ad
12. c.
Ornuli tui columbarum: Sicut enim columba alienos pullos nutrit, ita Maria peccatores alienos a Deo recipit. M. conc. 17. aff. 3. n. 5. Item conc. 18. aff. 2. n. 3.

S. Ignat. Martyr ait: *Impossibile est aliquem salvari peccatorem, nisi per tuum, O Virgo, auxilium.* S. punct. 131. f. 414.

S. Germanus, quis o Mater post tuum Filium curam gerit humani generis ficut tu? S. punct. 32. f. 739. & M. conc. 25. aff. 2. n. 7.

Idiot. de
Laud. Virg.

S. Bern. Ma
1. 2. p. ad
12. c.

S. Bern. Ma
1. 2. p. ad
12. c.
S. Germa
hum. de
Zon. Virg.

San-

Revel. S.
Berg. 1. 4. c.
138.
S. Birgitta revelat B. V. se esse matrem peccatorum, sed volentium se emendare. S. punct. 32. f. 743.

Ruth collegit spicas a messoribus reliquas: ita Maria animas, ait S. Bonavent. *Ruth in oculis Booz, Maria in oculis Domini hanc gratiam invenit, ut spicas, id est animas a messoribus derelictas colligere possit.* M. conc. 18. aff. 2. n. 3.

Juvenis Leodicensis depauperatur, a famulo seductus Deum negat, sed non Mariam, per quam deum veniam a Filio, & bonorum venditorum possessionem a Capite nullo emptore recuperat. R. cent. 2. p. 1. mir. 22.

81. *Velociter exaudivit, sed non sine nostra cooperatione.*

B. V. comparatur Lana: quia hic Plectra omnibus aliis velocior est cursu. B. Ser. 81. n. 7.

Duo ubera B. V. dicuntur sicut hinnuli: quia in uno iustis gratiam, altero reis veniam velocissime impetrat. M. conc. 39. aff. 3. n. 6.

Minervam Deam rogavit Miles, ut sibi in pugna victoriam contra hostem tribueret. Abi respondit Minerva, pugna, vinces; abiit ille, & in arena velut truncus immobilis stetit. Ab adversario vulneratus, dixit: Ubi est Deorum fides, qui iribi promiserunt victoriam? & responsum accepit: Vinces, sed si coopereris!

Vis ut Maria se monstrat Matrem? tu prius monstra te esse filium: cave, ne illam penitent te conceperit, ait Quercus, sicut Rebecca penituit: *Si semibi futurum erat, quid necesse erat concipere?* Si se converteri potest Maria, timeo, ne melius fuisset, si conceptus non esset homo ille. S. punct. 32. f. 743.

Theophilus Oeconomus, desperans & resistens, clamavit ad Mariam: O Domina mea, te habeo post Deum protectionem! ad tuum intuens auxilium, non faciam irrita, que tibi sum pollicitus. H. Ser. 16. f. 157.

B. V. ad S. Birgittam quidem edixit: *Ego sum Mater peccatorum, sed sine mora subjura: Emendare se voluntium.* Ubi ergo nulla emendatio, ubi eadem morum dissolutio, ubi menta tepiditas & languor, ubi eadem periculosa familiaritas, ubi nulla vaga peccati; ibi sperari non poterit peccator, Mariam sibi Matrem fore propitiam. Ex parte Mariæ non desistat misericordia, sed ex parte peccatoris non debet desisse emendatio. *Quicumque sibi Maria optat præmium, imitetur exemplum!* ait S. Ambrosius.

B. Clara Episc. universi. Pars I.

San-

Patrocinium B. V. in necessitatibus temporalibus.

82. *Curam gerit pro alimentis corporis.*

IN nuptiis sollicita fuit de vino, si hoc i fecit invitata, quid faciet invocata, ait S. Bernard. M. conc. 39. aff. 3. n. 4.

In deserto multitudo hominum passa est famem: Cur? ideo respondit Novarinus, quia in deserto non erat cum viribus oculata Virgo, que omnium miseriam videt. M. conc. 39. aff. 3. n. 5.

Beatissima Dei Mater Beato Hermannogenti pueulo lapidem ostendit, sub quo semper pro indigentia pecuniam inveniebatur. D. 7. 67. R. cent. 2. p. 2. mir. 37.

Architallus Castellianus in bello captus, in carcerem datur teperris & inedia conficiendus. Eius uxor Mariæ supplicat, illi quotidie candelam accendit, & pauperibus vinum ac panem distribuit. Et ecce candelæ luxit captivo, item panis & vinum in carcerem ei fuit delatum. Re comperita in libertatem fuit dimissus. R. 1. cent. 2. par. mir. 41.

Imago B. V. quam P. Antonius a S. Michaelis Missionariis fecum in regnum Chinesense attulit, mira statim patravit. Cum enim Barbaris urbem obsidentibus esset & potus obfessus deficeret, B. V. illis aridum puteum abundantibus aquis fluere, & immentem copiam avium in urbem volitare fecit, utque tanto incalcentibus appareret beneficium, sublata obsidione aqua, & aves defecerunt. R. cent. 3. mir. 11.

Cum grandis circum citra segetes obtereret, Montiales ad choros convolantes inceperant cantare, Salve Regina. Ecce! vineæ & segetes Montium omnino intactæ remanserunt. E. Maria 26.

In nuptiis vinum procuravit, ait S. Bernard. *Si pie a nobis supplicata fuerit, non desit necessitati nostre, quoniam misericors est, & Mater misericordis.*

Cum Patres Franciscani ad montem Apeninum, ubi imago prodigiosa B. V. afferratur, ob altissimas nives alimentis carerent, vesperi in vicina vinea Fratribus audita est vox celestis: Quid dormitis Fratribus, dum interim fratres fame pereunt? Mox per nives aperta fuit via, & inventi frabes ante aram Desolata orantes, cibo repleti sunt. H. 2. f. 33.

Catana pauperula filia, que sicelli B. V. curam habebat, Vir opulentos nabit, qui Panormi innocentior incarcerationis,

Novarinus
lib. 1. p. 2.
n. 680.

S. Bern. Ma
1. 2. p. ad
12. c.
101. 2. p. 2.

K 3

duntur. Dæmon eis apparet, & exitum promittit, si velit illi servire: sed recitata hac conditione invocant Beatissimam. Et ecce subito mons finditur, illisque commode exitum admittit. R. cent. 3. mir. 44.

S. Joanni Damasceno abscissam manum restituit. Idiotæ capacitate ingenii tribuit. S. Nicolao Mirram & Pontificalia de celo mittit: S. Anselmum in fossam prolapsum eruit. Quotquot sunt templa Mariana in orbe, fere omnia originem sumptere ab hujusmodi beneficio Mariæ. Calamat. Mar. Disc. 5. f. 73.

S. Joannes Damascenus omni litteratura insignis incidit in Saracenos, qui eum in Persidem venderunt. Sed nactus Dominum aliquatenus humanum, ejus filium in scribendo adeo erudit, ut nulla esset differentia inter suum & discipuli characterem. Interim Joannes ab Imperatore Theodosio Constantinopolim vocatus, & ab eo permagni æstimatus fuit. Accidit autem ut Discipulus in Perside relictus, insuligante dæmone, Epistolam proditoriam exararet, eamque in palatio Imperatoris clam reponi juberet. Inventa ea Episcopus, tradita Imperatori, agnitus Joannes character, cui in pœnam statim amputata, & in sublimi Ecclesiæ tholo suspensa est manus. Cum ergo Joannes infortunium suum deploraret, apparuit illi B. V. restituit illi sanam manum, quo agnito miraculo Theodosius, veniam rogans, innocentiam illius agnovit. E. Hone Can. n. 4.

Pictor in porticu Ecclesiæ Beatissimam Virginem pulcherrime, diabolum autem deformissimè pinxit: injuriam hanc ulturus dæmon suscitato turbine, concussit structuram, cui pictor insitebat: fregisset ille cervicem, nisi pictura Beatissima extenta manu illum servasset. E. Maria n. 5.

Mercator Normannus a Saracenis captus invocat Desiparam, & subito sentit vincula, & catenas sibi dissolvi. Fugit ergo, & anulum ferreum in collo secum in patriam portat, qui & Bajoci ante Statuum B. V. fronte ruptus est. H. 2. f. 22. c. 2.

Puerulus Justus cum Catholicis communicans, & ideo a patre in forum ardentem conjectus, servatur illesus. Causam questus reposuit, se a Domina, quæ in templo Christianorum Filiosum in sinu gestavit, fuisse servatam. Christiani deinde domum Judæi in templum converterunt. H. 2. f. 23. c. 1.

Catane Sacellum B. V. dicitur de Dala: ubi a pauperola vidua curabatur. Hec roga-

bat Dei Matrem pro Filio inter Turcas captivo. Et ecce! Vespere adest filius in habitu Turcico, poculum in manu tenens, quo actualiter Constantinopoli Domino suo, Basile Turcico, ad mensam ministrabat, in momento quasi in patriam translatus. H. 2. f. 48.

Græci cum pictor imaginem B. V. contra iterata monita non abolveret, cæcus factus est: voto emisso oculorum usum recepit, & picturam abfolvit. Ecce! advenit cum catenis & captivitate Turcica, qui dixit B. V. hac specie sibi apparuisse, sibi que mandasse apertis portis, ut liber abiret. H. 2. f. 55.

Nobilis Belga apud Saracenos captivus vocet B. V. facellum: B. V. apparuit illi in somno, ac in voto eum confirmans libertatem promittit: expegetus invenit rupta vincula, & portas apertas: fugit, & venit Hallas in patria, ibique voto se exsolvit. H. 2. f. 103.

86. Succurrit in plagis a Deo immisitis.

Tropæa, Urbe Calabriae B. V. monuit Episcopum, ut suam imaginem, quæ navi olim mirabiliter allata ibi immobiliter hæsit, majori in honore haberet, & illam ad summum Altare transferret. Fecit illud Episcopus grandi bono; nam paulo post omnes fere Calabriae urberestibilibi terra motu concussæ sunt. Sola Tropæa illæsa mansit. H. 2. f. 45.

Siracusa imago B. V. in pariete depicta hominem peste infectum primo, deinde totam urbem ab eo malo liberat. H. 2. f. 51.

Eigenthalii in Helvetia conventum fecerunt Catholicis, deliberaturi, qua ratione luen pestiferam tota regione grassantem averterent. Apparuit illi senex venerandus, nemini notus, fuisseque ut B. V. templum eo loco adificarent, in eoque ter annuatum sacrificium fieri curarent, unum B. V. alterum S. V. Vendelino, tertium pro sanctis. Creditus fuit hic senex fuisse S. V. Vendelinus, qui & in oculis eorum disparuit. H. 2. f. 84. c. 2.

Vorsvici B. V. apparuit oranti tres spicas in manu tenens, illicque revelat, quod grandinem, quam incolæ suis peccatis meruerant, ab eorum agris averterit, ulterius hortata, ut poenitentiam agerent. H. 2. f. 91.

Valencennas in Hamonia B. V. a pelle liberat, ab eaque urbe jejunium in professo suo Nativitatis exigit. H. 2. f. 103.

Patrocinium B. V. in morte, & judicio.

87. Quam potens sit.

Quam bonum fuit Juveni illi defuncto apud Lucam, quod piam habuerit Matrem. S. punct. 131. fol. 406.

Beata Virgo infidiatores dæmones fugat, qui morituros ante oculos verfantur. S. lb. fol. 406.

Christus moriens Matrem sub emce videre non potuit, nisi prius per ciliorum compressionem sanguinem ex oculis expresserit, uti habet Revelatio S. Birgitæ: Ecce? quia si semper aspexisset Matrem, dolor passionis fuisset plurimum sopitus. S. punct. 26. fol. 654.

Terribile erit iudicium, ita ut elementa ignis calore tæbescant: quis autem evadet? evadet servi B. V. Erit enim gloriosa Virgo servientibus, & anctoribus suis in die iudicii. M. conc. 32. aff. 3. n. 8.

Maria sicut auctoritate Materna in vivis poterat Filio imperare; ita eadem adhuc potestate viget, & ideo valet sententiam Judicis immutare: audiamus S. Petrum Damiani: Quando accedit ad illud reconciliationis humane altare, non solum rogans, sed imperans, Domina, non ancilla. Calamat. Serm. 3. n. 19.

Maria est potentissima contra dæmones, quos a moriente repellit, & in fugam agit. Horrendo pessimum dæmonum aspectus procul repellit, ait S. Ephrem. Calamat. Mar. Disc. 5. fol. 78. H. Serm. 30.

Si Maria ad morientem se invocantem descendit, ejus potentia maior est, quam si omnes Sancti in celo tali homini subvenirent. Fugiant dæmones sicut musca flabello abacta: audiamus Sanctam Birgitam: Super omnes malignos spiritus ipsam Deum sic potentem esse, quod quotiescunque aliquem hominem Virginis auxilium ex caritate implorantem impugnaverint, ad ipsius Virginis natum illi pavidi procul affugiant. Calamat. Mar. Disc. 5. fol. 79.

88. Invocandum est ardentem.

S. Bernardus ita seipsum alloquitur: Anima mea, quid agis exitura ex hac vita: quis erit tuus socius itineris? quis te defendet? & concludit: Clamavi ad te, Domina, dixi, tu spes mea es. S. punct. 131. fol. 406.

Jacob in morte anxietatem habuit, ne aliquam haberet propter occisionem Filii

sui Joseph, & in hac anxietate Virginem in spiritu præviam invocavit, ait Bernardus Senef. S. punct. 131. f. 406.

Olim Vestales Virgines si reo ad extremum supplicium ducto obviant, iste a morte liberabatur. Hoc privilegium hodie habent S. R. E. Cardinales: sicut eum purpura aut pileo tangant, iste liber dimittitur. VV. art. disc. font. 21. Ex. 6. O Beatissima Virgo, si rei ducimur ad iudicium: Tu pallio tuo nos protege! &c.

S. Guilielmus Aquitanus Dux a S. Bernardo conversus, in oratione aliquando a dæmonibus terribiliter percussus & vulneratus est. Invocavit Beatissimam, & illa statim auxilio adfuit, illum ad constantiam animavit, & due caelestes Virgines consellum ejus vulnera sanarunt. H. Serm. 5. in fine.

S. Ephrem his verbis clamat ad Virginem: Sub alis tuis custodi, & protege me: miserebere mei, qui sum sicut iniquitatis, qui celorum quam plurimum creatorem Deum nemus. S. Judicem ostendi, ne adversus melioris tui Sabasas. H. Serm. 30. fol. 300.

S. Ephrem in animum Virg.

89. Si nos deserat perdit sumus.

Maria terra comparatur: Cur? quia sicut Dathan, & Abiron perierunt, quia terra se illis subtraxit, ita, si Maria se subtrahat nobis, perdit sumus. M. conc. 11. aff. 3. num. 9. & conc. 18. aff. 1. num. 12. in fine.

Dum S. Anselmus iter faciebat, lepuleus a canibus venaticis angustatus ad eum accurrens sub ejus equo refugium querebat: riserunt venatores, sed sanctus Vir ad eos conversus ajebat: Ecce mei boni, sicut hic lepuleus, ita anima in agone a dæmonibus persecutionis extremas patitur. Quid faciendum? ad Mariam confugiendum est. A lect. 8. n. 28.

Vir sanctus vidit congregatos ad iudicium gentes, & duas feras, unam rubeam, alteram albam a calum ad calum pertingere. S. Franciscus in summitate rubeæ clamabat fratribus suis ut ascenderent: ascendentes autem aliqui in secundo, alii in tertio ut quarto gradu, alii in immediatè deciderunt. Tristate S. Franciscus respondit: Iuxta, hæc est scala Justitiæ, hæc pauci veniunt: veram autem ad scalam albam, ibi recipiuntur. Venientes igitur fratribus ad scalam albam, in summitate ejus apparuit B. V. & ascendentes in regnum recepit. E. Judicium. n. 7.

Maria comparatur Soli: si sol radios suos nobis subtrahat, quid superest nobis nisi

pena